

sodoma & gomurra principes fuerunt in peccato. & adama & seboim earum exempla sectatae sint. & quod potentes potenter tormenta patiuntur. & seruus quis sit uoluntatem dñi sui & non fecit eam uapulabit multus. Unde & ecclesiastici. si hircem quibus heretici sceleribus continentur nequaquam adamae & seboim quae inferiores sunt. sed sodomae & gomurrae quae maiorum criminum esse dicuntur. cruciatibus subiacebant. Ad hereticos quoque deceptamque ab eis populum loquitur dñs. quod nisi egerint penitentiam ponantur sicut adama & seboim. & nullam spem habeant salutis. Rursumque clementissimus pater dicit se suam mutare sententiam. & poeniteri quod talia sit locutus. ut illos quoque ad conuersionem & ad poenitentiam prouocet. Non faciam inquit in furore meo non disperdam ephraim quantum inquit in me est. quantum ego cupio. si errorem ueritate correxerit. si me magis ama uerit quam princeps hereticos. dñem ego sum & non homo. Lapsi manum porrigam. errantes ad salutem uocabo. & quia scis sum. propter ea non ingrediar ciuitatem. conciliabula & urbes hereticorum foras exeuntes de uribus suis. libenter recipio. In ciuitate eorum non ingrediar. hoc quod dixit. non ingrediar ciuitatem. & iuxta lxx sequitur. post dñm ambulabo. quidam sic

interpretati sunt. ut dicerent dño populum respondisse. & esse sensum. Quia conuersum est inter cor tuum. & non secundum peccata nostra fecisti nobis sed imitari clementiam tuam. & nostra delicta non punis. & polliceris tescm atque clementem in nostri medio uersaturum. Idcirco & ego malorum hominum. non ingrediar ciuitatem. nec ero de numero peccatorum. sed ambulabo post dñm dñm nostrum. Hebrei autem ex per tonadi ita edisserunt. non te de uel quam nonibo ad aliam gentem. nec ingrediar alteram ciuitatem.

Post dñm ambulabunt. quasi leo rugiet. quia ipse rugiet & formidabunt filii matris. & uolabunt quasi aues ex aegypto. & quasi columba de terra assyriorum. & colloco eos in domibus suis dicit dñs. Lxx. Post dñm ambulabo sicut leo rugiet. Cetera similiter. Dño prospera pollicente populus conuertetur ad eum. & ambulabit post dñm quia dñs rugiet quasi leo. de quo & amos propheta commemorat. dñs rugiet & de ista hel dabit uocem suam. Rugit autem quando dicit. Sicut adama ponam te ut seboim. Cuique iller rugierit. tunc formidabunt filii matris. Si uerba aquarum ut lxx translulerunt. & enim uerbum maim quod per tres litteras scribitur. mem ioth. mem silegatur maim aquarum significat. Si meiam denare intelligitur. Haec hebrei